<u>**Marci Tulli Ciceronis Pro Aulo Licinio Archia Poeta Oratio**</u>

| Gliederung | Z | Text | Grammatische und stilistische Hilfen |
|---|---|---|---|
| | **1** | **§ 1** Si quid est in me ingeni, | **1** quid = aliquid (§ 36,1); ingeni = ingenii, gen. partitivus (§ 101, vgl. quid consilii ? welcher Plan?); **3** quod sentio quam sit exiguum: mit ind. Fragesatz im Konj. (§ 165) verschränkter RS (§ 187), vgl. Cato, qui qualis fuerit scimus, vir severus fuit: Cato, von dem wir wissen, wie er war, war ein strenger Zensor. |
| | **2** | iudices, | |
| | **3** | quod sentio quam sit exiguum, | |
| | **4** | aut si qua exercitatio dicendi <in me est>, | **4** qua = aliqua (adj. InterrPron: § 36); dicendi: GR, Gen-Attr. (§ 128, vgl. ars dicendi)<br>**5** in qua … me … versatum esse non infiteor: mit AcI verschränkter RS (§ 187), vgl. Cato, quem severum fuisse scimus, censor fuit: Cato, von dem wir wissen, dass er streng war, war Zensor; non infiteor: Litotes (§ 199,3) **6** huius**ce**: Verstärkung **6** studia ac disciplina: Hendiadyoin (§ 199,3); a quo <me> … abhorruisse confiteor: mit AcI verschränkter RS (§ 187); infiteor-confiteor: Antithese, Wortspiel (§ 199,3); nullum tempus: acc. temporis (§ 93) |
| | **5** | in qua me non infitior mediocriter esse versatum, | |
| | **6** | aut si huiusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studiis ac | |
| | **7** | disciplina profecta <in me est>, | |
| | **8** | a qua ego nullum confiteor aetatis meae tempus abhorruis | |
| | **9** | se, | |
| | **10** | earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum a me | |
| | **11** | repetere prope suo iure debet. Nam, | |
| | **12** | quoad longissime potest mens mea respicere spatium praete- | |
| | **13** | riti temporis et pueritiae memoriam recordari ultimam, inde | **13** pueritiae: gen. obiectivus (§ 100, vgl. metus periculi: Furcht vor der Gefahr); memoriam … ultimam: Hyperbaton (§ 199,2) |
| | **14** | usque repetens | |
| | **15** | hunc video mihi principem et ad suscipiendam et ad ingredien- | **15** principem: prädikativ; ad suscipiendam … rationem: GV, AdvB fin (§ 129, vgl. ad creandos magistratus convenire: zur Wahl der Beamten zusammenkommen) |
| | **16** | dam rationem horum studiorum exstitisse. | |
| | **17** | Quodsi haec vox huius hortatu praeceptisque conformata | **17** Ordne: Quodsi haec vox … fuit, huic profecto ipsi, a quo id accepimus, quo … possumus **-** quantum situm est (= Parenthese: Einschub) **-** et … et … ferre debemus **18** nonnullis saluti fuit: dat. finalis (§ 98, vgl. Tibi auxilio venio: Ich komme dir zu Hilfe) |
| | **18** | nonnullis aliquando saluti fuit, | |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | **19** | a quo id accepimus, | |
| | **20** | quo ceteris opitulari et alios servare possumus, | |
| | **21** | huic profecto ipsi, | |
| | **22** | quantum est situm in nobis, | |
| | **23** | et opem et salutem ferre debemus. | |
| | **1** | **§ 2** Ac, ne quis a nobis hoc ita dici forte miretur, | **1** ne: final; quis = aliquis (§ 36,1); quod: kausal; quaedam: Indefinitpronomen (vgl. quoddam, Z. 5; quadam Z. 6: § 36,3) |
| | **2** | quod alia quaedam in hoc facultas sit ingeni neque haec | |
| | **3** | dicendi ratio aut disciplina, | **3** dicendi: GR, Gen-Attr. (§ 128, vgl. ars dicendi) |
| | **4** | ne nos quidem huic uni studio penitus umquam dediti fuimus. | **4** uni: Pronominaladjektiv (unus, solus, totus, ullus … § 38, vgl. Tibi soli credo.) |
| | **5** | Etenim omnes artes, | |
| | **6** | quae ad humanitatem pertinent, | |
| | **7** | habent quoddam commune vinculum et quasi cognatione quadam inter se continentur. | |
| | **8** | | |
| | **1** | **§ 3** Sed, | |
| | **2** | ne cui vestrum mirum esse videatur me in quaestione legitima et in iudicio publico, | **2** ne: final; cui = alicui (§ 36,1); vestrum: gen. partitivus des Personalpronomens vos (§ 30 a.E., vgl. Nemo vestrum loquitur: Keiner von euch spricht) |
| | **3** | | |
| | **4** | cum res agatur apud praetorem populi Romani, lectissimum virum, et apud severissimos iudices, tanto conventu hominum ac frequentia, | **4/5** lectissimum virum: Apposition (§ 84,4) |
| | **5** | | |
| | **6** | | |
| | **7** | hoc uti genere dicendi, | **7** genere: Abl. als Objekt nach Deponentien (uti, frui, fungi, potiri, vesci, niti: § 111, vgl. uti exemplo: ein Beispiel gebrauchen) |

| | | |
|---|---|---|
| | quod non modo a consuetudine iudiciorum, verum etiam a forensi sermone abhorreat, | **7-9** genere, quod … abhorreat: Konjunktiv im Relativsatz mit “Nebensinn” (§ 184-85): “Den RS färbt final, kausal, konzessiv, selbst konsekutiv: der Konjunktiv”, vgl. Sunt, qui putent: Es gibt Leute, die glauben |
| | quaeso a vobis, | |
| | ut in hac causa mihi detis hanc veniam accommodatam huic reo, vobis - quem ad modum spero - non molestam, | **11-12** accomodatam-huic reo-vobis-non molestam: Chiasmus (§ 199) |
| | ut me pro summa poeta atque eruditissimo homine dicentem, hoc concursu hominum literatissimorum, hac vestra humanitate, hoc denique iudice exercente iudicium, | **14** hoc-hac-hoc: Polyptoton (§ 199) |
| | patiamini de studiis humanitatis ac litterarum paulo loqui liberius et in eius modi persona, | **16** paulo: abl. mensurae (§ 114, vgl. multo facilius: viel leichter)<br>**17** liberius: Komparativ des Adverbs (§ 70,3) |
| | quae propter otium ac studium minime in iudiciis periculisque tractata est, | |
| | uti prope novo quodam et inusitato genere dicendi. | **20** quodam: Indefinitpronomen (§ 36,3); genere: Abl. als Objekt nach Deponentien (uti, frui, fungi, potiri, vesci, niti: § 111, vgl. uti exemplo: ein Beispiel gebrauchen) |
| | **§ 4** Quod si mihi a vobis tribui concedique sentiam, perficiam profecto, ut hunc A. Licinium non modo non segregandum, cum sit civis, a numero civium, verum etiam, si non esset, putetis asciscendum fuisse. Nam, ut primum ex pueris excessit Archias atque ab iis artibus, quibus aetas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit, primum Antiochiae - nam ibi natus est loco nobili - celebri quondam urbe et | **1** quod: RSA<br>**2** non segregandum <esse>: Gv + esse (§ 130); ut consecutivum (§ 173); cum causale + Konj. (§ 180, vgl. Hannibal dolo pugnavit, cum par non esset armis) **3** esset: Irrealis der Ggw (§ 149)<br>**4** asciscendum fuisse: Irrealis in der Abhängigkeit (§ 177,2); ut primum + Ind. = sobald (§ 170,3, vgl. Ut centurio cecidit, inclinata est acies Romana: Sobald der Hauptmann gefallen war, schwankte die römische Schlachtreihe)<br>**6** dicendi: GR, Gen-Attr. (§ 128, vgl. ars dicendi); Antiochiae: Lokativ (§ 117,1, vgl. Romae: in Rom) |

| | | |
|---|---|---|
| | copiosa, atque eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis affluenti, celeriter antecellere omnibus ingeni gloria contigit. Post in ceteris Asiae partibus cunctaeque Graeciae sic eius adventus celebrabantur, ut famam ingeni exspectatio hominis, exspectationem ipsius adventus admiratioque superaret. | **9** affluere + Abl.; antecellere + Dat. **11** ut consecutivum + Konj. nach vorausweisendem sic (§ 173, vgl. Nullus est liber tam malus, ut non aliqua ex parte prosit: Kein Buch ist so schlecht, dass es nicht wenigstens teilweise nützt) |
| | **§ 5** Erat Italia tunc plena Graecarum artium ac disciplinarum, studiaque haec et in Latio vehementius tum colebantur, quam nunc isdem in oppidis, et hic Romae propter tranquillitatem rei publicae non neglegebantur. Itaque hunc et Tarentini et Regini et Neapolitani civitate ceterisque praemiis donarunt et omnes, qui aliquid de ingeniis poterant iudicare, cognitione atque hospitio dignum existimarunt. Hac tanta celebritate famae cum esset iam absentibus notus, Romam venit Mario consule et Catulo. Nactus est primum consules eos, quorum alter res ad scribendum maximas, alter cum res gestas tum etiam studium atque auris adhibere posset. Statim Luculli, cum praetextatus etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt. Sed etiam hoc non solum ingeni ac litterarum, verum etiam naturae atque virtutis, ut domus, quae huius adulescentiae prima fuit, eadem esset familiarissima senectuti. | **1** plenus,a,um: Genitiv bei Adjektiven (§ 105,1: vgl. den nicht besonders sinnhaften Merkspruch “begierig = cupidus, kundig = peritus, eingedenk = memor, teilhaftig = particeps, mächtig = potens, voll = plenus, das Bier ist kundig eingeschenkt, ein Teil ist mächtig voll) **2** vehemens-vehementius-vehementissime: Komparation der Adverben (§ 70,3) **3** isdem = iisdem (§ 32,2); Romae: Lokativ (§ 117,1: domi, ruri, humi: zu Hause, auf dem Land, auf dem Boden; Romae, Corinthi, Sagunti: in Rom, Korinth, Sagunt) **5** donarunt = donaverunt **7** dignus,a,um *(+ Abl.)*: *(einer Sache)* würdig; existimarunt = existimaverunt; existimare (+ Akk.) (+ akk.): (jdn.) (für etw.) halten (§ 91 doppelter Akkusativ/Nominativ, vgl. Romani Ciceronem consulem creaverunt = Cicero a Romanis consul creatus est: Die Römer wählten Cicero zum Konsul = Cicero wurde von den Römern zum Konsul gewählt); cum: + Konjunktiv (§ 180); Inversion der Konjunktion in den NS (muss an den Anfang zurückgestellt werden) **8** Romam: Akk. der Richtung (§ 94 domum, rus: nach Hause, aufs Land, Romam, Athenas, Carthaginem: nach Rom, Athen, Karthago); Mario consule: nominaler abl. abs. (§ 138, vgl. Romulo rege Roma crevit: Unter der Regierung des Königs R. wuchs Rom) **9** quorum: genitivus partitivus (§ 101, vgl. Feminae, quarum nulla in senatu aderat, aliter senserunt: Die Frauen, von denen keine im Senat vertreten war, waren anderer Meinung); ad scribendum: GR, AdvB final (§ 128, vgl. Ad agendum nati sumus: Wir sind zum Handeln geboren); maximus: unregelm. Komparation der Adjektive (§ 26,2, S. 30: bonus, malus, magnus, parvus, multum, multi) **10** cum … tum: sowohl … als auch besonders **11** cum + Konjunktiv (§ 180) **12/13** hoc ingenii, litterarum, naturae, virtutis <est>: Dies ist ein Zeichen von …: § 102,3: Gen. der Zugehörigkeit, vgl. Magni animi est: Es ist ein Zeichen hoher Gesinnung **13/15** ut … senectuti: Subjektssatz zu hoc … <est>, vgl. Est boni viri id tenere in amicitia, ne quid fictum sit neve simulatum: Es zeugt von einem guten Charakter, darauf zu sehen, dass in der Freundschaft kein Lug und Trug vorkommt. |

| | | |
|---|---|---|
| | **§ 6** Erat temporibus illis iucundus Metello illi Numidico et eius Pio filio; audiebatur a M. Aemilio; vivebat cum Q. Catulo et patre et filio; a L. Crasso colebatur; Lucullos vero et Drusum et Octavios et Catonem et totam Hortensiorum domum devinctam consuetudine cum teneret, adficiebatur summo honore, quod eum non solum colebant, qui aliquid percipere atque audire studebant, verum etiam si qui forte simulabant. Interim satis longo intervallo, cum esset cum M. Lucullo in Siciliam profectus et cum ex ea provincia cum eodem Lucullo decederet, venit Heracliam: Quae cum esset civitas aequissimo iure ac foedere, ascribi se in eam civitatem voluit idque, cum ipse per se dignus putaretur, tum auctoritate et gratia Luculli ab Heracliensibus impetravit. | **1** temporibus illis: abl. temporis (§ 118)<br><br>**3** Lucullos …: Ordne: Cum Lucullos … teneret: cum + Konj. (§ 180)<br>**4** devinctam tenere *(+ Akk.)*: mit *(jdm.)* eng verbunden sein, devinctam = prädikatives PPP (vgl. Ru § 179, S. 213: Clodius vi **oppressam civitatem** tenebat: Clodius hielt die Bürgerschaft durch Gewaltanwendung unter Druck)<br><br>**6** Ordne: quod eum non solum colebant <ii>, qui …<br><br>**7** satis longo intervallo: abl. temp. (§ 118)<br><br>**8** cum + Konj. (§ 180)<br><br>**9** Heracliam: Akk. der Richtung (§ 94 domum, rus: nach Hause, aufs Land, Romam, Athenas, Carthaginem: nach Rom, Athen, Karthago)<br><br>**10** quae: RSA; aequissimo iure ac foedere: abl. qualitatis (§ 116, vgl. Aristoles fuit vir summo ingenio et scientia: A. war ein Mann von höchster Begabung und Wissensfülle) **11** cum … tum: einerseits weil, aber auch …: § 77: Übersicht Konjunktionen) |
| | **§ 7** Data est civitas Silvani lege et Carbonis: "Si qui foederatis civitatibus ascripti fuissent; si tum, cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent; et si sexaginta diebus apud praetorem essent professi." Cum hic domicilium Romae multos iam annos haberet, professus est apud praetorem Q. Metellum familiarissimum suum. | **1** qui = aliqui: adjektivisches Indefinitpronomen (§ 36,1)<br><br>**4** cum + Konj. (§ 180); Romae: Lokativ (§ 117,1: domi, ruri, humi: zu Hause, auf dem Land, auf dem Boden; Romae, Corinthi, Sagunti: in Rom, Korinth, Sagunt); multos iam annos: acc. temporis (§ 93, vgl. Regnatum est ab urbe condita ad libertatem annos CCXLIV: Von Königen regiert wurde man seit Gründung der Stadt bis zur (Erringung) der Freiheit 244 Jahre) |
| | **§ 8** Si nihil aliud nisi de civitate ac lege dicimus, nihil dico | **1** nihil nisi: doppelte Verneinung: nichts, wenn nicht = nur |

| | | |
|---|---|---|
| | amplius: causa dicta est. Quid enim horum infirmari, Gratti, potest? Heracliaene esse tum ascriptum negabis? Adest vir summa auctoritate et religione et fide, M. Lucullus, qui se non opinari, sed scire; non audisse, sed vidisse; non interfuisse, sed egisse dicit. Adsunt Heraclienses legati, nobilissimi homines: huius iudici causa cum mandatis et cum publico testimonio venerunt; qui hunc ascriptum Heracliensem dicunt. Hic tu tabulas desideras Heracliensium publicas, quas Italico bello incenso tabulario interisse scimus omnes. Est ridiculum ad ea, quae habemus, nihil dicere, quaerere, quae habere non possumus, et de hominum memoria tacere, litterarum memoriam flagitare et, cum habeas amplissimi viri religionem, integerrimi municipi ius iurandum fidemque, ea, quae depravari nullo modo possunt, repudiare, tabulas, quas idem dicis solere corrumpi, desiderare. | **2** amplius: Komparation des Adverbs (§ 70,3); horum = harum rerum: genitivus partitivus (§ 101, vgl. parva pars nummorum: ein kleiner Teil (von) Münzen); quid … potest?: rhetorische Frage (§ 154,4, vgl. Quid aliud est amicitia nisi omnium rerum consensus? Was ist Freundschaft anderes als Übereinstimmung in allen Dingen? Cicero) **3** Heracliae: Lokativ (§ 117,1: domi, ruri, humi: zu Hause, auf dem Land, auf dem Boden; Romae, Corinthi, Sagunti: in Rom, Korinth, Sagunt); -ne: Fragepartikel (§ 154, vgl. Venisne Romam? Kommst du nach Rom?); Ordne: <Eum> Heracliae tum ascriptum <esse> negabis? **4** vir summa auctoritate et religione et fide: abl. qual. (§ 116, vgl. Aristoteles fuit vir summo ingenio et scientia: A. war ein Mann von höchster Begabung und Wissensfülle); non … sed, non … sed, non … sed: Antithese, Anapher, Parallelismus (§ 199) **5** audisse = audivisse<br>**7** iudici = iudicii **8** ascriptum <esse>; Heracliensem <civem>: prädikativ<br>**9** tabulas …, quas … interisse scimus: mit AcI verschränkter RS (§ 187), vgl. Cato, quem severum fuisse scimus, censor fuit: Cato, von dem wir wissen, dass er streng war, war Zensor (vgl. oben § 1)<br><br>**15** tabulas, quas corrumpi solere dicis: mit AcI verschränkter RS (§ 187); idem (NSM) prädikativ |
| | **§ 9** An domicilium Romae non habuit is, qui tot annis ante civitatem datam sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Romae collocavit? An non est professus? Immo vero iis tabulis professus, quae solae ex illa professione conlegioque praetorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem. Nam, cum Appi tabulae neglegentius adservatae dicerentur, | **2** ante civitatem datam: “dominantes” PPP: vor Verleihung des Bürgerrechtes, vgl. Anno X ab urbe condita …: Im Jahre 10 seit Gründung der Stadt<br>**4** professus <est><br>**5** cum tabulae … adservatae <esse> dicerentur: NcI (§ 127, vgl. Homerus caecus fuisse dicitur: Homer soll blind gewesen sein; cum adversativum (§ 176, vgl. Vos bibitis, cum ego hic sim siccus: Ihr trinkt, während ich hier trocken bin) **6** neglegentius: Komparation des Adverbs (§ 70,3), Komparativ ohne Vergleichsgröße (§ 28,1, vgl. oratio longior: eine zu lange/ziemlich/etwas lange Rede) |

| | | |
|---|---|---|
| | Gabini, quam diu incolumis fuit, levitas, post damnationem calamitas omnem tabularum fidem resignasset, Metellus, homo sanctissimus modestissimusque omnium, tanta diligentia fuit, ut ad L. Lentulum praetorem et ad iudices venerit, et unius nominis litura se commotum esse dixerit. In his igitur tabulis nullam lituram in nomine A. Licini videtis. | **8** resignasset = resignavisset<br><br>**9** omnium: gen. partitivus (§ 101, vgl. parva pars nummorum: ein kleiner Teil (von) Münzen); diligentia: abl. qual. (§ 116, vgl. Aristoteles fuit vir summo ingenio et scientia: A. war ein Mann von höchster Begabung und Wissensfülle); tanta …, ut: konsekutives ut nach Signalwörtern sic, ita, adeo, tantopere, tam, is, talis, eiusmodi, tantus (§ 173, vgl. Atticus sic Graece loquebatur, ut Athenis natus esse videretur: Atticus sprach so gut griechisch, dass er gebürtiger Athener zu sein schien) |
| | **§ 10** Quae cum ita sint, quid est, quod de eius civitate dubitetis, praesertim cum aliis quoque in civitatibus fuerit ascriptus? Etenim cum mediocribus multis et aut nulla aut humili aliqua arte praeditis gratuito civitatem in Graecia homines impertiebant, Reginos credo aut Locrenses aut Neapolitanos aut Tarentinos, quod scaenicis artificibus largiri solebant, id huic summa ingeni praedito gloria noluisse! Quid? Cum ceteri non modo post civitatem datam, sed etiam post legem Papiam aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserunt, hic, qui ne utitur quidem illis, in quibus est scriptus, quod semper se Heracliensem esse voluit, reicietur? | **1** quae (NPN) cum ita sint: wichtige, häufig verwendete Wendung: da die Dinge sich so verhalten/da die Sachlage so ist (cum causale: § 174,2); quid est, quod: wichtige, häufig verwendete Wendung: was gibt es, dass … = Warum … (faktisches quod: § 162,1, vgl. Vitium est, quod mentiris: Ein Fehler ist, dass du lügst) **2** praesertim cum: praesertim als Signalwort für cum causale (§ 174,2, vgl. Bibulus scribebat accurate, praesertim cum non esset orator: B. schrieb (seine Reden) genau auf, besonders da er kein (guter) Redner war; fuerit ascriptus = sit ascriptus **3** <tum>, cum: zu einem Zeitpunkt, als …; praeditus,a,um *(+ Abl.)*: mit *(etw.)* ausgestattet/begabt **5/6** Ordne: credo **Reginos aut L. aut N. aut T.** id, quod *s. artificibus* largiri solebant, *huic (Aulo Licinio Archiae)* summa gloria ingeni (= ingenii) *praedito* <largiri> **noluisse**<br><br>**7** post civitatem datam: “dominantes” PPP: nach Verleihung des Bürgerrechtes, vgl. Anno X ab urbe condita …: Im Jahre 10 seit Gründung der Stadt<br><br>**9** Abl. als Objekt nach Deponentien (uti, frui, fungi, potiri, vesci, niti: § 111, vgl. uti exemplo: ein Beispiel gebrauchen) |
| | **§ 11** Census nostros requiris! Scilicet: Est enim obscurum proximis censoribus hunc cum clarissimo imperatore, L. Lucullo, apud exercitum fuisse, superioribus cum eodem quaestore fuisse | **1** est enim obscurum: Ironie (vgl. AB Stilistik); **1-4:** proximis/superioribus/primis censoribus: nom. Abl. abs. (§ 138, vgl. Cicerone consule: unter dem Konsulat Ciceros)<br><br>**3** quaestore: prädikativ |

in Asia, primis, Iulio et Crasso, nullam populi partem esse censam. Sed quoniam census non ius civitatis confirmat ac tantum modo iudicat eum, qui sit census, ita se iam tum gessisse pro cive: iis temporibus, quem tu criminaris ne ipsius quidem iudicio in civium Romanorum iure esse versatum, et testamentum saepe fecit nostris legibus et adiit hereditates civium Romanorum et in beneficiis ad aerarium delatus est a L. Lucullo pro consule.Quaere argumenta, si quae potes! Numquam enim hic neque suo neque amicorum iudicio revincetur.

**§ 12** Quaeres a nobis, Grati, cur tanto opere hoc homine delectemur. Quia suppeditat nobis, ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur et aures convicio defessae conquiescant. An tu existimas aut suppetere nobis posse, quod cotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina excolamus; aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrina eadem relaxemus? Ego vero fateor me his studiis esse deditum: Ceteros pudeat, si qui se ita litteris abdiderunt, ut nihil possint ex iis neque ad communem adferre fructum neque in aspectum lucemque proferre; me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo,

**4** primis <censoribus>; **4/5** censam <esse>

**6** census sit: Konj. im RS (§ 184/85)

**7** Ordne: iis temporibus <is>, quem versatum esse criminaris, fecit ... adiit ... delatus est: AcI im RS (§ 187, vgl. Cato, quem severum fuisse constat, Censorius appellatus est: Cato, von dem feststeht, dass er streng war, wurde “Censorius” genannt)

**11** si <ali>quae <argumenta>

**1** delectemur: ind. Fs im Konj. (§ 165, vgl. Quaeritur, di utrum sint necne: Die Frage ist, ob es Götter gibt oder nicht)
**2** ubi: lokal

**3** reficiatur, conquiescant: Potentialis (§ 148); an: rhetorische Frage (§ 154,4)
**4** <id>, quod ... dicamus: Konj. im RS, konsekutiv (§ 184/85)

**5/7** excolamus, relaxemus: Potentialis (§ 148)

**8** ceteros pudeat: unpersönliche Verben + Akk. (§ 67, vgl. 106,2); pudeat: Konzessiv (§153,3, vgl. Sit sane ita: Mag es ruhig so sein), <ali>qui

**10** quid: warum; pudeat: Deliberativ (§ 155, vgl. Quid faciam? Was soll ich tun?); annos: Akk. der zeitl. Ausdehnung (§ 93)

| | | |
|---|---|---|
| | iudices, ut a nullius umquam me tempore aut commodo aut | **11** nullius: Pronominaladjektiv (§ 38); tempus: hier: Notlage |
| | otium meum abstraxerit aut voluptas avocarit aut denique | **12/13** avocarit = avocaverit, retardarit = retardaverit |
| | somnus retardarit? | |
| | **§ 13** Qua re quis tandem me reprehendat, aut quis mihi iure | **1/2** reprehendat, suiscenseat: Deliberativ (§ 155) |
| | suscenseat, si, quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum ad | **2** quantum-tantum: Korrelativa (§ 39); ad res obeundas: Gerundiv final (§ 129, vgl. Plebs Romana ad creandos magistratus convenit: Die römische Plebs kam zur Wahl der Beamten zusammen) |
| | festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates et | |
| | ad ipsam requiem animi et corporis conceditur temporum, quan- | **4** quantum ... temporum: Gen. partitivus (§ 101, vgl. aliquantum temporis: ziemlich viel Zeit) |
| | tum alii tribuunt tempestivis conviviis, quantum denique | |
| | alveolo, quantum pilae, tantum mihi egomet ad haec studia | |
| | recolenda sumpsero? Atque hoc ideo mihi concedendum est | **7** sumpsero. seltenes Futur II (sumpserim = Konj. Perf.); mihi concedendum est: Gerundiv + esse + dativus auctoris, unpersönlicher Gebrauch –ndum est (§ 130,1.2.4) |
| | magis, quod ex his studiis haec quoque crescit oratio et facultas; | |
| | quae, quantacumque est in me, numquam amicorum periculis | |
| | defuit. Quae si cui levior videtur, illa quidem certe, quae summa | **10** quae: RSA; <ali>cui |
| | sunt, ex quo fonte hauriam, sentio. | **11** hauriam: ind. Fs im Konj. (§ 165, vgl. Quaeritur, di utrum sint necne: Die Frage ist, ob es Götter gibt oder nicht) |
| | **§ 14** Nam nisi multorum praeceptis multisque litteris mihi ab | |
| | adulescentia suasissem nihil esse in vita magno opere | **2** suasissem: Irrealis d. Vgh. (§ 149, vgl. Sine amicis vita tristis esset: Ohne Freunde wäre das Leben traurig; Si tacuisses, philosophus mansisses: Wenn du geschwiegen hättest, wärest du ein Philosoph geblieben); **2/3, 4/5** nihil esse expetendum; omnia ducenda esse: Gerundiv + esse (im AcI) (§ 130); **3-4** in ea persequenda: GV, AdvB temp. (§ 129, vgl. in voluptatibus fruendis: beim Genuss von Vergnügungen); 4 omnis = omnes !; **5** parvi ducere: genitivus pretii (§ 104, vgl. magni/pluris/plurimi; parvi/minoris/minimi; tanti/quanti esse: viel/mehr/am meisten; wenig/weniger/am wenigsten; so viel/wie viel wert sein) |
| | expetendum nisi laudem atque honestatem, in ea autem | |
| | persequenda omnis cruciatus corporis, omnia pericula mortis | |
| | atque exsili parvi esse ducenda, numquam me pro salute vestra | |
| | in tot ac tantas dimicationes atque in hos profligatorum | |

| | | |
|---|---|---|
| | hominum cotidianos impetus obiecissem. Sed pleni omnes sunt libri, plenae sapientium voces, plena exemplorum vetustas: quae iacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet. Quam multas nobis imagines non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum fortissimorum virorum expressas scriptores et Graeci et Latini reliquerunt? Quas ego mihi semper in administranda re publica proponens animum et mentem meam ipsa cognitatione hominum excellentium conformabam. | **7-9** obiecissem, iacerent, accederet: Irrealis (§ 149, vgl. Sine amicis vita tristis esset: Ohne Freunde wäre das Leben traurig; Si tacuisses, philosophus mansisses: Wenn du geschwiegen hättest, wärest du ein Philosoph geblieben)<br><br>**10** ad intuendum/ad imitandum: GR, AdvB final (§ 128, vgl. Ad agendum nati sumus: Wir sind zum Handeln geboren)<br><br>**12** Quas: RSA; in administranda re publica: GV, AdvB temp. (§ 129, vgl. in voluptatibus fruendis: beim Genuss von Vergnügungen)<br><br>**14** conformabam: Imperfekt mit durativem/iterativem Aspekt (§ 143, vgl. Romae quotannis bini consules creabantur: In Rom wurden alljährlich zwei Konsuln gewählt.) |
| | **§ 15** Quaeret quispiam: "Quid? Illi ipsi summi viri, quorum virtutes litteris proditae sunt, istane doctrina, quam tu effers laudibus, eruditi fuerunt?" Difficile est hoc de omnibus confirmare, sed tamen est certe, quod respondeam. Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse, et sine doctrina naturae ipsius habitu prope divino per se ipsos et moderatos et gravis exstitisse, fateor: etiam illud adiungo, saepius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina quam sine natura valuisse doctrinam. Atque idem ego contendo, cum ad naturam eximiam atque illustrem accesserit ratio quaedam conformatioque doctrinae, tum illud nescio quid praeclarum ac singulare solere exsistere. | **1** quispiam = aliquis, quivis, quisquam: Indefinitpronomen (§ 36)<br><br>**4** <id>, quod respondeam: Konj. im RS, konsekutiv (§ 184/85)<br><br>**5** excellenti animo ac virtute: abl. qual. (§ 116, vgl. Caesar fuit excela statura: Caesar hatte hohen Wuchs)<br>**6/7** moderatos et gravis (= graves): prädikativ<br><br>**7** saepius: Komparativ des Adverbs (§ 70,5)<br><br>**8** naturam sine doctrina – sine natura doctrinam: Chiasmus (§199,2)<br><br>**9** idem: prädikativ (vgl. Sprichwort semper idem); contendere: Wortbedeutung !<br><br>**10** accesserit: Fut II oder Konj. Perfekt (cum + Konj.)<br><br>**11** nescio quid = aliquid (§ 166,1) |

| | | |
|---|---|---|
| | **§ 16** Ex hoc esse hunc numero, quem patres nostri viderunt, divinum hominem Africanum; ex hoc C. Laelium, L. Furium, moderatissimos homines et continentissimos; ex hoc fortissimum virum et illis temporibus doctissimum, M. Catonem illum senem. Qui profecto si nihil ad percipiendam colendamque virtutem litteris adiuvarentur, numquam se ad earum studium contulissent. Quod si non hic tantus fructus ostenderetur et si ex his studiis delectatio sola peteretur, tamen, ut opinor, hanc animadversionem humanissimam ac liberalissimam iudicaretis. Nam ceterae neque temporum sunt neque aetatum omnium neque locorum: haec studia adulescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solacium praebent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. | **3/4** moderatissimos homines et continentissimos, fortissimum virum et ... doctissimum: Apposition (§ 84,4)<br><br>**5** ad percipiendam colendamque virtutem: GV, AdvB final (§ 129, vgl.ad creandos magistratus convenire: zur Wahl der Beamten zusammenkommen); **6** adiuvarentur: Irrealis der Ggw. statt Verg. (§ 149)<br><br>**8** ut comparativum (§ 180, vgl. Res sic se habet, ut ego dixi: Die Sache verhält sich so, wie ich gesagt habe)<br>**9** humanissimam ac liberalissimam: prädikativ<br><br>**10** ceterae <artes>; temporum, aetatum, locorum: Genitiv der Zugehörigkeit (§ 102,3; vgl. Damnatio est iudicum, poena legis: Die Verurteilung ist Sache der Richter, das Strafmaß ist Sache des Gesetzes); **11-14** Stilmittel: Asyndeton, Antithese, Parallelismus ...; **12** adversis <rebus> |
| | **§ 17** Quod si ipsi haec neque attingere neque sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari deberemus, etiam cum in aliis videremus. Quis nostrum tam animo agresti ac duro fuit, ut Rosci morte nuper non commoveretur? Qui cum esset senex mortuus, tamen propter excellentem artem ac venustatem videbatur omnino mori non debuisse. Ergo ille corporis motu | **2/3** possemus, deberemus, videremus: Irrealis (§ 149)<br><br>**3** nostrum: gen. partitivus des Personalpronomens nos ! (§ 30; 101,2; vgl. Nemo vestrum loquitur: Niemand von euch redet); animo agresti: abl. qual. (§ 116, vgl. Caesar fuit excelsa statura: Cäsar hatte hohen Wuchs); **3-4** ut non + Konj.: immer konsekutiv (andere ut + Konj. mit ne verneint, § 173, vgl. Teneo furem, ut negare non possit: Ich habe den Dieb überführt, so dass er nicht leugnen kann); **4** cum + Konj. nach Signalwort tamen konzessiv (§ 180); senex: prädikativ<br>**6** qui mori non debuisse videbatur: NcI (§ 127, vgl. Homerus caecus fuisse dicitur: Homer soll blind gewesen sein) |

| | | |
|---|---|---|
| | tantum amorem sibi conciliarat a nobis omnibus: nos animorum incredibilis motus celeritatemque ingeniorum neglegemus? | **6**/7 ille – nos: Antithese; **7** conciliarat = concilia(ve)rat<br>**8** incredibilis = incredibiles; **7/8** animorum motus – celeritatem ingeniorum: Chiasmus |
| | **§ 18** Quotiens ego hunc Archiam vidi, iudices, - utar enim vestra benignitate, quoniam me in hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis,- quotiens ego hunc vidi, cum litteram scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de iis ipsis rebus, quae tum agerentur, dicere ex tempore! Quotiens revocatum eandem rem dicere commutatis verbis atque sententiis! Quae vero accurate cogitateque scripsisset, ea sic vidi probari, ut ad veterum scriptorum laudem perveniret. Hunc ego non diligam, non admirer, non omni ratione defendendum putem? Atque sic a summis hominibus eruditissimisque accepimus: ceterarum rerum studia et doctrina et praeceptis et arte constare: poetam natura ipsa valere et mentis viribus excitari et quasi divino quodam spiritu inflari. Qua re suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur. | **1/5** Ordne: hunc Archiam vidi dicere; utar: Potentialis (§ 148, vgl. Dicat/Dixerit aliquis: Es könnte wohl jemand sagen)<br>**3** cum + Konj. (§ 180)<br>**4** optimorum versuum: gen. partitivus (§ 101)<br>**1/5** quotiens, quotiens: Anapher<br>**7** accurate cogitateque: Adverbbildung (§ 70, vgl. iustus -> iuste-iustius-iustissime)<br>**7/8** ut + Konj. nach sic (§ 180); **8** veterum: Adjektive der kons. Deklination (§ 24)<br>**9/10** diligam, admirer, putem: Deliberativ (§ 155, vgl. Quid ego nunc faciam? Was soll ich jetzt tun?); hunc non defendendum putem: prädikatives Gv (§ 130,4, vgl. Mercator mulieri vestem probandam dedit: Der Kaufmann gab der Frau das Kleid zum Anprobieren); Stil: rhetorische Frage (§ 154,4); non diligam-non admirer-non putem: Klimax, Anapher, Trikolon (§ 199); 11-13: Stil: et ... et ... et: Polysyndeton, Trikolon; studia c. a.-poetam: Antithese<br>**14** sanctos: prädikativ<br>**15** <poetae> commendati esse videantur: NcI (§ 127, vgl. Homerus caecus fuisse dicitur: Homer soll blind gewesen sein) |
| | **§ 19** Sit igitur, iudices, sanctum apud vos, humanissimos homines, hoc poetae nomen, quod nulla umquam barbaria violavit. Saxa et solitudines voci repondent, bestiae saepe | **1** sit: Jussiv (§ 152,2, vgl. Audiatur et altera pars: Auch die andere Partei soll angehört werden!) |

| | | |
|---|---|---|
| | immanes cantu flectuntur atque consistunt: nos, instituti rebus optimis, non poetarum voce moveamur? Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vindicant, Salaminii repetunt, Smyrnaei vero suum esse confirmant, itaque etiam delubrum eius in oppido dedicaverunt. Permulti alii praeterea pugnant inter se atque contendunt. Ergo illi alienum, quia poeta fuit, post mortem etiam expetunt: nos hunc vivum, qui et voluntate et legibus noster est, repudiabimus, praesertim cum omne olim studium atque omne ingenium contulerit Archias ad populi Romani gloriam laudemque celebrandam? Nam et Cimbricas res adulescens attigit, et ipsi illi C. Mario, qui durior ad haec studia videbatur, iucundus fuit. | **3/4** bestiae cantu flectuntur: vgl inhaltlich Orpheus (Ov. Met.)!; bestiae-nos: Antithese<br>**4/5** nos non moveamur: Deliberativ (§ 155, vgl. Quid ego nunc faciam? Was soll ich jetzt tun?); rhetorische Frage (§ 154,4, vgl. Quid aliud est amicitia nisi omnium rerum consensus? Was ist Freundschaft anderes als Übereinstimmung in allen Dingen?)<br>**6** suum: prädikativ<br>**9/10** illi-nos: Antithese<br>**11** praesertim:Signal für kausales cum (§ 174)<br>**12** omne-omne: Anapher; **12/13** ad gloriam celebrandam: GV als AdvB fin (§ 129, vgl. Plebs Romana ad creandos magistratus convenit: Die römische Plebs kam zur Wahl der Beamten zusammen)<br>**14** adulescens: prädikativ<br>**14/15** qui durior <esse> videbatur: NcI (§ 127, vgl. Homerus caecus fuisse dicitur: Homer soll blind gewesen sein) |
| | **§ 20** Neque enim quisquam est tam aversus a Musis, qui non mandari versibus aeternum suorum laborum facile praeconium patiatur. Themistoclem illum, summum Athenis virum, dixisse aiunt, cum ex eo quaereretur, quod acroama aut cuius vocem libentissime audiret: eius, a quo sua virtus optime praedicaretur. Itaque ille Marius item eximie L. Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea, quae gesserat, posse celebrari. | **1** quisquam: Indefinitpronomen (§ 40,7); **1/3** qui non patiatur: Konj. i. RS konsekutiv nach Signal tam (§ 185)<br>**2** aeternum ... praeconium: Hyperbaton (§ 199)<br>**3** Athenis: abl. loci (§ 117,2)<br>**5/6** libentissime/eximie: Adverbbildung (§ 70, vgl. prudens -> prudenter-prudentius-prudentissime; iustus -> iuste-iustius-iustissime); optime: unregelm. Adverbbildung (§ 70,4); audiret, praedicaretur: Konj. im i.Fs. (§ 166) bzw. coni. obl. (§ 161,2, vgl. Pater filium vituperavit, quod sero redisset: Der Vater tadelte seinen Sohn, weil er zu spät zurückgekommen sei)<br>**6/7** cuius ingenio putabat ea posse celebrari: (§ 187), vgl. Cato, quem severum fuisse scimus, censor fuit: Cato, von dem wir wissen, dass er streng war, war Zensor (vgl. auch Redebeginn) |
| | **§ 21** Mithridaticum vero bellum magnum atque difficile et in | |

| | |
|---|---|
| multa varietate terra marique versatum totum ab hoc expressum est. Qui libri non modo L. Lucullum, fortissimum et clarissimum virum, verum etiam populi Romani nomen illustrant. Populus enim Romanus aperuit Lucullo imperante Pontum et regiis quondam opibus et ipsa natura et regione vallatum; populi Romani exercitus eodem duce non maxima manu innumerabilis Armeniorum copias fudit; populi Romani laus est urbem amicissimam Cyzicenorum eiusdem consilio ex omni impetu regio atque totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque servatam: nostra semper feretur et praedicabitur L. Lucullo dimicante, cum interfectis ducibus depressa hostium classis et incredibilis apud Tenedum pugna illa navalis. Nostra sunt tropaea, nostra monimenta, nostri triumphi. Quae quorum ingeniis efferuntur, ab iis populi Romani fama celebratur. | **2** totum: prädikativ<br><br>**7** eodem duce: nom. Abl. abs. (§ 138, vgl. Cicerone consule: unter dem Konsulat Ciceros); non maxima manu – innumerabiles copias: Antithese, Alliteration (§ 199)<br><br>**10** ore ac faucibus: Hendiadyoin, Metapher (§ 199); urbem ereptam esse: AcI als Subjekt (§ 125, vgl. Necesse est minima maximorum esse initia: Es ist notwendig, dass die Anfänge der größten Dinge ganz klein sind); **11** nostra: prädikativ zu classis et pugna<br><br>**13/14** nostra ...: Anapher, Asyndeton, Trikolon (§ 199) |
| **§ 22** Carus fuit Africano superiori noster Ennius, itaque etiam in sepulcro Scipionum putatur is esse constitutus ex marmore. At iis laudibus certe non solum ipse, qui laudatur, sed etiam populi Romani nomen ornatur. In caelum huius proavus Cato tollitur, magnus honos populi Romani rebus adiungitur. Omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fulvii, non sine communi omnium | **2** is constitutus esse putatur: NcI (§ 127, vgl. Homerus caecus fuisse dicitur: Homer soll blind gewesen sein) |

| | | |
|---|---|---|
| | nostrum laude decorantur. Ergo illum, qui haec fecerat, Rudinum hominem, maiores nostri in civitatem receperunt: nos hunc Heracliensem multis civitatibus expetitum, in hac autem legibus constitutum, de nostra civitate eiciemus? | **7** nostrum: gen. partitivus des Personalpronomens nos ! (§ 30; 101,2; vgl. Nemo vestrum loquitur: Niemand von euch redet); **7-10** illum maiores nostri receperunt – nos hunc eiciemus? Antithese, rh. Frage (§ 199) |
| | **§ 23** Nam si quis minorem gloriae fructum putat ex Graecis versibus percipi quam ex Latinis, vehementer errat, propterea quod Graeca leguntur in omnibus fere gentibus, Latina suis finibus exiguis sane continentur. Qua re si res eae, quas gessimus, orbis terrae regionibus definiuntur, cupere debemus, quo eminus nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare, quod cum ipsis populis, de quorum rebus scribitur, haec ampla sunt, tum iis certe, qui de vita gloriae causa dimicant, hoc maximum et periculorum incitamentum est et laborum. | **1** <ali>quis<br><br>**7** cum **-** tum: sowohl **-** als auch besonders (§ 225 Ru: korrespondierende Konjunktionen, eigtl. „wenn schon **-** dann est recht“) |
| | **§ 24** Quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur! Atque is tamen, cum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset: "O fortunate" inquit "adulescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris!" Et vere. Nam nisi illi ars illa exstitisset, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset. Quid? Noster hic Magnus, qui cum | **1-2** Alexander habuisse dicitur: NcI (§ 127, vgl. Homerus caecus fuisse dicitur: Homer soll blind gewesen sein)<br><br>**3** fortunate: Vokativ; **3/4** qui inveneris: Konj. i. RS kausal (§ 184, 2, vgl. Te omnes amant mulieres, qui sis tam pulcher: Dich lieben alle Frauen, weil du ja so schön bist (Plautus)<br><br>**5** exstitisset/obruisset: Irrealis (§ 149) |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | **7** | virtute fortunam adaequavit, nonne Theophanem Mytilenaeum, | **7-11** nonne donavit et milites approbaverunt?: rhet. Frage |
| | **8** | scriptorem rerum suarum, in contione militum civitate donavit et | |
| | **9** | nostri illi fortes viri, sed rustici ac milites, dulcedine quadam | |
| | **10** | gloriae commoti quasi participes eiusdem laudis magno illud | **10** participes: Adj. der kons. Deklination (§ 24), Adj. + Gen. (§ 105,1) |
| | **11** | clamore approbaverunt? | |
| | **1** | **§ 25** Itaque, credo, si civis Romanus Archias legibus non esset, | **1** esset: Irrealis (§ 149); **1/3**: credo ...: Ironie (§ 199) |
| | **2** | ut ab aliquo imperatore civitate donaretur, perficere non potuit! | |
| | **3** | Sulla, cum Hispanos donaret et Gallos, credo hunc petentem | |
| | **4** | repudiasset! Quem nos in contione vidimus, cum ei libellum | **4** repudiasset = repudia(vi)sset: Irrealis (§ 149); **4-7** Ordne: vidimus quem in contione iubere praemium tribui |
| | **5** | malus poeta de populo subiecisset, quod epigramma in eum | **5** malus poeta: grammatisches Geschlecht (§ 12,2) |
| | **6** | fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis, statim ex iis | **6/8** fecisset, scriberet: coniunctivus obliquus (§ 161,2, vgl. Pater filium vituperavit, quod sero redisset: Der Vater tadelte seinen Sohn, weil er zu spät zurückgekommen sei) |
| | **7** | rebus, quas tunc vendebat, iubere ei praemium tribui, sed ea | |
| | **8** | condicione, ne quid postea scriberet. Qui sedulitatem mali | **8** <ali>quid; <Is> (gemeint: Sulla), qui; **8/9** sedulitatem dignam ducere: dignam prädikativ; dignus + Abl.; duxerit: Konj. i. RS kons. (§ 185) |
| | **9** | poetae duxerit aliquo tamen praemio dignam, huius ingenium et | **9/10** ingenium et virtutem et copiam: polysyndetisches Trikolon (§ 199); in scribendo: GR AdvB temp (§ 128); |
| | **10** | virtutem in scribendo et copiam non expetisset? | **10** expetisset = expeti(vi)sset: Irrealis (§ 149); **8-10** sedulitatem mali poetae - huius ingenium ...: Antithese mit Chiasmus (§ 199) |
| | **1** | **§ 26** Quid? A Q. Metello Pio, familiarissimo suo, qui civitate | |
| | **2** | multos donavit, neque per se neque per Lucullos impetravisset? | |
| | **3** | qui praesertim usque eo de suis rebus scribi cuperet, ut etiam | **3** qui praesertim: RS i. Konj. kausal (§ 184, 2, vgl. Te omnes amant mulieres, qui sis tam pulcher: Dich lieben alle Frauen, weil du ja so schön bist (Plautus) |
| | **4** | Cordubae natis poetis, pingue quiddam sonantibus atque | |
| | **5** | peregrinum, tamen auris suas dederet. Neque enim est hoc | |

| | | |
|---|---|---|
| | dissimulandum, quod obscurari non potest, sed prae nobis ferendum: Trahimur omnes studio laudis et optimus quisque maxime gloria ducitur. Ipsi illi philosophi, etiam in iis libellis quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt: in eo ipso, in quo praedicationem nobilitatemque despiciunt, praedicari de se ac nominari volunt. | **5/6** est dissimulandum, ferendum <est>: GV + esse (§ 130)<br><br>**7** quisque nach Pronomina, Superlativen, Ordnungszahlen (§ 36,4)<br><br>**8** maxime: unregelm. Adverbbildung (§ 70,4)<br><br>**9** de contemnenda gloria: Gv (§ 129, vgl. Agitur de pace facienda: Man verhandelt über den Friedensschluss); **9/10** in eo ipso, in quo praedicationem despiciunt, praedicari volunt: Paradoxon |
| | **§ 27** Decimus quidem Brutus, summus vir et imperator, Acci, amicissimi sui, carminibus templorum ac monumentorum aditus exornavit suorum. Iam vero ille, qui cum Aetolis Ennio comite bellavit, Fulvius, non dubitavit Martis manubias Musis consecrare. Qua re in qua urbe imperatores prope armati poetarum nomen et Musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati iudices a Musarum honore et a poetarum salute abhorrere. | **3** Ennio comite: nominaler abl. abs. (§ 138, vgl. Cicerone consule: unter dem Konsulat Ciceros)<br><br>**5/7** imperatores armati **-** togati iudices: Antithese |
| | **§ 28** Atque ut id libentius faciatis, iam me vobis, iudices, indicabo, et de meo quodam amore gloriae, nimis acri fortasse verum tamen honesto vobis confitebor. Nam quas res nos in consulatu nostro vobiscum simul pro salute huius aeque imperi et pro vita civium proque universa re publica gessimus, attigit hic versibus atque incohavit. Quibus auditis, quod mihi magna | **1** libentius: Adverbbildung (§ 70, vgl. prudens -> prudenter-prudentius-prudentissime<br>**2** gloriae: gen. obiectivus (§ 100, vgl. metus periculi: die Furcht vor der Gefahr)<br><br>**4-5** pro, pro, pro: Anapher |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | **7** | res et iucunda visa est, hunc ad perficiendum adornavi. Nullam | |
| | **8** | enim virtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat | |
| | **9** | praeter hanc laudis et gloriae. Qua quidem detracta, iudices, quid | **9** hanc <mercedem>; laudis et gloriae: Hendiadyoin (§ 199);<br>**9/10** quid est, quod: RS i. Konj. konsekutiv (Ru § 242,2) |
| | **10** | est, quod in hoc tam exiguo vitae curriculo et tam brevi tantis | **10/11** tantis ... laboribus: Hyperbaton (§ 199) |
| | **11** | nos in laboribus exerceamus? | |
| | **1** | **§ 29** Certe si nihil animus praesentiret in posterum, et si, quibus | **1-5** praesentiret, terminaret, frangeret, angeretur, dimicaret: Irrealis (§ 149) |
| | **2** | regionibus vitae spatium circumscriptum est, isdem omnis | **2** isdem = iisdem; omnis = omnes |
| | **3** | cogitationes terminaret suas, nec tantis se laboribus frangeret, | **3-4** nec tantis ...neque tot ... nec totiens: polysyndetisches Trikolon |
| | **4** | neque tot curis vigiliisque angeretur, nec totiens de ipsa vita | |
| | **5** | dimicaret. Nunc insidet quaedam in optimo quoque virtus, quae | **5** optimo quoque: quisque nach Pronomina, Superlativen, Ordnungszahlen (§ 36,4) |
| | **6** | noctes ac dies animum gloriae stimulis concitat atque admonet | **6** noctes ac dies: acc. temporis (§ 93) |
| | **7** | non cum vitae tempore esse dimittendam commemorationem | **7/8** non **-** sed: Antithese; esse dimittendam: GV + esse (§ 130) |
| | **8** | nominis nostri, sed cum omni posteritate adaequandam. | **8** adaequandam <esse> |
| | **1** | **§ 30** An vero tam parvi animi videamur esse omnes, qui in re | **1** parvi animi: gen. qualitatis (§ 103,2) |
| | **2** | publica atque in his vitae periculis laboribusque versamur, ut, | |
| | **3** | cum usque ad extremum spatium nullum tranquillum atque | **3/4** nullum tranquillum atque otiosum spiritum: Hendiadyoin, Homoioteleuton |
| | **4** | otiosum spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia | **4** moritura <esse> |
| | **5** | arbitremur? An statuas et imagines, non animorum simulacra, | **5/7** statuas et imagines – effigiem, non – sed: Antithesen |
| | **6** | sed corporum, studiose multi summi homines reliquerunt: | **6** studiose: Adverbbildung (§ 70, vgl. iustus -> iuste-iustius-iustissime) |
| | **7** | consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem nonne | |

| | | |
|---|---|---|
| | multo malle debemus, summis ingeniis expressam et politam? Ego vero omnia, quae gerebam, iam tum in gerendo spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terrae memoriam sempiternam. Haec vero, sive a meo sensu post mortem afutura est, sive, ut sapientissimi homines putaverunt, ad aliquam mei partem pertinebit, nunc quidem certe cogitatione quadam speque delector. | **8** multo: abl. mensurae (§ 114,2, vgl. multo facilius: viel leichter)<br><br>**9** in gerendo: GR AdvB temp (§ 128)<br><br>**12** ut comparativum (§ 180, vgl. Res sic se habet, ut ego dixi: Die Sache verhält sich so, wie ich gesagt habe); mei: Genitiv des Personalpronomens (§ 30) |
| | **§ 31** Qua re conservate, iudices, hominem pudore eo, quem amicorum videtis comprobari cum dignitate tum etiam vetustate; ingenio autem tanto, quantum id convenit existimari, quod summorum hominum ingeniis expetitum esse videatis; causa vero eius modi, quae beneficio legis, auctoritate municipi, testimonio Luculli, tabulis Metelli comprobetur. Quae cum ita sint, petimus a vobis, iudices, si qua non modo humana, verum etiam divina in tantis ingeniis commendatio debet esse, ut eum, qui vos, qui vestros imperatores, qui populi Romani res gestas semper ornavit, qui etiam his recentibus nostris vestrisque domesticis periculis aeternum se testimonium laudis daturum esse profitetur estque ex eo numero, qui semper apud omnis sancti sunt habiti itaque dicti, sic in vestram accipiatis fidem, ut | **1-4** pudore eo, ingenio tanto, causa: abl. qualitatis (§ 116); **1-2** quem comprobari videtis: mit AcI verschränkter RS (§ 187), vgl. Cato, quem severum fuisse scimus, censor fuit: Cato, von dem wir wissen, dass er streng war, war Zensor; **2** cum-tum: sowohl-als auch besonders<br>**3-4** quod expetitum esse videatis: mit AcI verschränkter RS (§ 187); **3-6** quod ... videatis, quae ... comprobetur: RS i. Konj. (§ 184)<br><br>**5/6** beneficio legis ... tabulis Metelli: asyndetisches Trikolon, Parallelismus (§ 199)<br><br>**7** <ali>qua; **7/8** humana – divina: Antithese, Klimax<br><br>**8/13** Ordne: ut eum, qui ..., sic ... accipiatis, ut<br><br>**9-12** qui, qui, qui, qui, qui: Anapher<br><br>**12** numero <eorum>, qui; omnis = omnes |

| | | |
|---|---|---|
| | humanitate vestra levatus potius quam acerbitate violatus esse videatur.<br>**§ 32** Quae de causa pro mea consuetudine breviter simpliciterque dixi, iudices, ea confido probata esse omnibus. Quae autem remota a mea iudicialique consuetudine et de hominis ingenio et communiter de ipsius studio locutus sum, ea, iudices, a vobis spero esse in bonam partem accepta, ab eo, qui iudicium exercet, certo scio. | **14/15** levatus/violatus esse videatur: NcI (§ 127, vgl. Homerus caecus fuisse dicitur: Homer soll blind gewesen sein)<br>**2** omnibus = ab omnibus |